





1755.

1. Heppius, Franc. Udalr. Theod: De integratione, et separatione variabilium, in aequationibus differentialibus, duas variabiles continentibus.
2. Beckerus, Hermannus: De imperante subdito religionis causa emigratorum transplantandi jure gaudente jura pacificat relig. & Wo aber ansere:
- 3⁹ Pechenbach, Fr. Christl: Testamenta sunt juris naturalis
- 3⁶ Handtrij, Eust. Christian: De salubri subsomno situ.
4. Kunstler, Wencesl. Fr. Gustavus: De algebra ejusque differentia ab arithmetica
5. Mangel, Ern. Fr. Frid: De rerum divisione et adquiriendo casuum dominiis.
6. Mangel, Ern. Fr. Frid: Calendarium Mecklenburgense.
7. Mangel, Ern. Fr. Frid: De cochone, et munere et officia publica, speciatim juxta jus Lubecense.



1755.

8. Mangel, Em. Fr. Frid: De advocato, fatalia negligente
9. Mangel, Em. Fr. Frid: De liberis, cum parentibus si-
mul in testamento nominatis non heredibus, sed sub-
stitutis

1756.

1. Balleke, Jacobus Hurian: De discrimine sponsoris
ac expromissorio in jure civili. Programma, quo quara-
gerimalia . . . sacra . . . recolen da . . . com-
mendat.
2. Balleke, Jacobus Hurian: De modis quibus sponsoris
et expromissoris obligatio tollatur. Programma, quo ad
festum paschalem vite celebranda, cohortatur.
3. Balleke, Jacobus Hurian: De quercina inter amicos
prohibita.
4. Balleke, Jacobus Hurian: De solutione pecunie
pupillaris
5. Rosenbad, Joh. Christ: Effatum Gen. IX. b. homicidio
pnam capitalem decernens esse legem divinam posi-
tivam eamque universalem



1756

6. Mangel, Ern. Jo. Fried: Calendarium Medlen-
burgense.

1757.

1. Koppius, Angelus Fr. Dan: De Directoris corporis
Evangelici officio

2. Becker, Hermann: De indole contractus, locationis
conductionis adjecti assicurationis. . . . usque
speciales in concursu creditorum jure etque . . .
favore.

3. Becker, Hermann: Insignes differentiae moral
Hamburgensis fallimentorum ordinationis d. a.
1753 ab antiqua de 1647 et a jure communi.

4. Mangel, Ern. Jo. Fried: Specialia juris statutaria,
Paderbornensis.

5. Mangel, Ern. Jo. Fried: De S. R. I. principum
dominio eminenti usque applicatione ad am-
nam.

1757.

6. Anstorpis, Joann Georgius: De bello punitivo secundum jura naturalia hanc illi fo
7. Wiese, Walter Vincent: Gedanken von der Verbesserung der Fertigkeiten, der Anzeig seiner Sommer-Vorlesungen vorausgesetzt
8. Wiese, Walter Vincent: De rei vindicatione juris tubi censis

1758.

1. Beckerus, Hermann: De litteris cambiatis casum que prolongatione
2. Beckerus, Hermann: De damno in substantia orto ab usufructuario non praestando.
3. Ederbach, Ambrosium Schrenkier: Istae mathematicae usus a seo universalis. ^h
4. Kangel, Ernst Fr. Fried: De angelis



cum

my
my

Tube

an

o






INTEGRAZIONE, ET SEPARATIONE
DE ABILIYM
IN AEOVATIOMIBUS DIFFERENTIALIBVS, DVAS
METHODO DIFFERENTIIS


REVERENDISSIMO PATRI ROYALIS ACADEMIAE SCIENTIARUM
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINO FRIDERICO,
PRINCIPIS MARKGRAVI DVCATVS MECKLENBVRGVS
ET REX SVEVICVS

ACADEMIAE SCIENTIARUM
DOMINO NOSTRO CLARENTISSIMO

CUM DONSETY
ACADEMIAE SCIENTIARUM PHILOSOPHICAE
PUBLICAE DEPENDENT
M. FRANC. VDALR. THEOD. ALPHEVS
IN ACAD. REG. SCIENT. BEROLINENSIS ASTRONOMICAE
ET
PHYSICAE




FRIDERICVS
1788





3, 82.
15
19
1757 3.
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
INSIGNES DIFFERENTIAS
NOVAE HAMBURGENSIS
FALLIMENTORVM
ORDINATIONIS
DE ANNO 1753.
AB ANTIQVA DE 1647. ET A IVRE COMMUNI
SISTENS.



15
QVAE
AVXILIANTE DEO
EX CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN ALMA ROSTOCHIENSI
PRAESIDE
DN. HERMANNO BECKERO,
LL. DOCTORE ET INSTITVTION. PROF.
HODIE DECANO,
FAVTORE, PATRONO ET PRAECEPTORE
AD AETATEM VSQVE DEVENERANDO,
PRO GRADV
AD SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE ET LEGITIME OBTINENDOS
AD DIEM XXIV. NOV. MDCCLVII.

H. L. Q. C.
PVBLICAE DISQVISITIONI EXPONITVR

A
IOANNE MENCKEN,
HAMBURGENSE.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

DISSECTATIO IN ANATOMIA
INSIGNIS DISSECTABILIS
NOVAE HAMBURGENSIS
FACULTATIS
ORINATIONIS

D. N. O. 1722
AD ANTIQVA DE 1644 ET A IVRE COMPTAT
SISTENS

AVVILLANT DEO
EX COMPTATIBUS HEBERTIS ET ORONIS
IN ANATOMIA

DR. HERMANNO BECKERO
LE DOCTORE ET ILLUSTRATION PROE
HOLLE DEKANO
BAYTORI PATRONO ET FRANCHETTORE
AD ANTIQVA VSOVE DEVENIENDO

PRO GRADU
AD SUMMOS IN VIRORE IURE HONORES
AD ANTIQVA HEBERTIS
AD ANTIQVA NOY MDCCCLII

EX ANTIQVA DISSECTATIONE EXTENSIVE
G. A. M. P. M. P. M. P. M.

HAMBURG
LITTEBIS ASSOCIATIS



CONSVLTISSIME ATQVE DOCTISSIME
DOMINE
DOCTORANDE,
FAVOR ATQVE AMICE
CONIUNCTISSIME,

Non sine ratione, Pomponio in L. 2. §. 43. D. de orig. iur. recentente, Quintus Mutius obiurgavit Servium, adlegendando, turpe esse causam oranti, ius in quo versatur ignorare. Aut enim infelices expectare debet eventus, qui patrium negligit ius, aut evertendis aliorum fortunis cruda studia in forum propulsa emendare studeat, necesse est. Vtrumque abominandum manet. Ignorat autem ius, in quo versatur, non ille solum, qui plane dispositionum legalium in patria expers, sed et iisdem inculpationibus dignus, qui verba quidem tenet, sed vim ac potestatem non curat. Requiritur vi ipse in schola Ictorum receptae definitionis iurisprudentiae in ICto, qui patrio in iure aut versatur, aut aliquando versari cupit, scientia patrias quoque leges interpretandi, absque qua nulla praecedat in obvio casu legitima applicatio. Errat autem, qui interpretationem iuridicam in sola verborum, et sensus explicatione quaerit. Exigitur a ICto patrio et provida reductio dispositionum in domesticis legibus obviarum ad principia universalia, ut inde eo melius de anima legum, ratione sc. earum ferri possit iudicium. Inspiciantur modo veterum Romanorum interpretamenta in fragmentis hinc inde collecta, et illustra huius rei prostant documenta. Non sine laude itaque, *Amice Coniunctissime*, qui Hamburgensis natu, et futurus *Tuae* longe celebratissimae patriae patrius ICtus, et causarum iudicialium defensor, in hoc *Tuo* specimen inaugurali explicationem *Tibi* proposuisti legis ibidem constitutae, deducendo illius dispositiones ad certa quaedam principia, ut conspectus eo melior sistatur, collato simul iure communi, et antiquo Hamburgensi, per noviores hasce constitutiones,

tiones, mox mutato, mox restricto, mox extenso, aut magis exposito. Ipsa *Tua* elaboratio dictorum dabit probationem, quae si forsitan nonnullis in locis ulteriore exegisset enucleationem (non enim verbis adulator, *Amice Suavissime*, sed *amice cum amico loquor*;) tamen duo *Tibi* manent defensionis momenta quae omnem imputationem in torum tollunt. Primo loco memorandum erit spatium temporis, quod concurrentibus circumstantiis suadentibus intra sex dies, dissertationem ante quidem meditatam, et cultam, nondum tamen excultam, prelis typographariis *Te* coegit subiicere. Porro specimen quoque profectum, non exaiciatum opus, examini eruditorum benigno offerre animus est, ut dubiis *Tibi* motis, magis magis suppeditaretur occasio fervorem in legibus patriis colendis excitandi. Gratulor *Tibi* hinc exantlatum hactenus laborem, quo praevio iam examine, quod dicunt, Facultatis, ex consensu Ordinis Ictorum in hac nostra academia, viam *Tibi* aperuisti, ad gradus et honores academicos, quando placet, *Tuaeque* vitae futurae circumstantiae hoc exigunt, statim accipiendos. Nec mirari velis, *Amice Suavissime*, rogo, me plane in hoc meo discursu superfedere recensionem meritorum. Nam haut repetere volui, quae intimo ex pectore in dissertatione gratulatoria *Tuo* specimini, *de imperante subditum religionis causa emigratorum transplantandi iure gaudente*, adiecta testatus sum. Ad ibidem igitur dicta remitto, Hoc unicum addens votum: Velit Deus Ter Optimus Terque Maximus omnibus *Tuis* inceptis clementissime benedicere, omnique prosperitatis genere *Te* participem reddere. Vale *Amice Coniunctissime*, et perge amicitia *Tua* et in posterum dignum habere

T I B I

Dab. Rostoch.

D. 22. Nov. 1757.

SEMPER DEDITVM PRAESIDEM
HERM. BECKER,

AD LECTOREM.



Jurisprudentiae, vivae s. practicabilis notitiae Legum, in sensu latissimo pro quavis norma obligatoria, secundum quam actiones hominum sunt instituendae, hinc quoque pro quovis actu iuridico sumtarum, finis primarius est salus securitasque publica, quorsum omnes Leges per observationem illarum primario tendunt; finis secundarius vero sistit remedia, quibus observatio Legum promovetur, hinc finis primarius per illam obrinetur. Dicimus propterea iustitiam finem secundarium universi iuris, quia ea mediante efficitur, quod Legibus convenienter agatur. Adhibitio autem actualis remediorum nobis audit exercitium iustitiae. Prouti nunc vel Leges, quibus quod convenienter agatur, remedia adhibentur, incertae sunt, et ad nostrum seculum statumque Reipublicae minus adplicabiles; vel remedia, quibus convenientes Legibus actiones hominum produci debent, nimis inutilibus ambagibus repleta adhibentur, vel non, ita mox naevos in exercitio iustitiae, mox non, deprehendimus. Deprehendimus tales naevos in Germania *) qui sese in exercitio iustitiae, tam generatim, quam speciatim circa Fallimenta, exferunt. Patria mea dilectissima, perspicuens incommoda et damna, quae ex neglectu emendationis horum naevorum intuitu fallimentorum salutis publicae enascuntur, non praetermisit obices huic pesti reipublicae quam exquisitissimos ponendos,

A

(*) Cf. inter alios Sauwald Betrachtung über die Verbesserung des Justizwesens in teutschen Landen.

dos, qui sufficiunt malum hinc metuendum ad impediendum, praecavendum et avertendum, ad damnum imminens vero in totum tollendum avertendumque. Prodiit hunc in finem ordinatio nova Fallimentorum sub rubro: *der Stadt Hamburg neue Falliten-Ordnung*, d. d. 31. Aug. 1753 Insignes sunt differentiae, quas in illa deprehendimus ab antiqua patria de ao. 1647. tam, quam a iure communi, imo ab omnibus fere speciali-Ordinationibus aliarum provinciarum. Dignae, quod publico evolvantur scripto. Examine rigorofo feliciter peracto, licentiam Illustris Ictorum Ordo in Alma haec Rostochiensis gratiosissime mihi dedit Dissertationem, quam dicunt Inauguralem, exarandi, Amplissimae Suae Facultati offerendi, publiceque defendendi, imo quamprimum ex re mea fore mihi videretur, ipsum Gradum in Iure capeffendi. Exoptatior praesenti, obviam ire mihi non potuit, materia. Elegi illam. Tenuitas autem virium cum me non fugiat, solatium in eo quaero, quod non nisi specimen sit academicum, cui quicquid deerit, humanitas, anima doctorum eruditorumque, supplebit, corrigerque. Duae Sectiones evolutionem thematicis fissent, quarum

prior

Fallimenti absolutionem


posterior

Processum quem dicunt Concursus Creditorum

exhibebit. Faxit D. T. O. T. Q. M. quod, quicquid agam, in Sui Nominis Gloriam, commodum Reipubl. et propriam Salutem fiat. Ille mihi sit propitius, favorque Lectoris non desit. ex animo peto, optoque.



DE



DE
INSIGNIBVS DIFFERENTIIS HAMBVRGENSIS
NOVAE FALLIMENTORVM ORDINATIONIS
D. A. 1753. AB ANTIQVA DE A. 1647. ET A
IVRE COMMVNI.

SECTIO PRIOR.

DE
MODO ABSOLVENDI FALLIMENTVM.

§. I.

Iura et obligationes alteri in alterum competentia ut plurimum pro obiecto habent praestationes, siue debira, quae alteri ius perfecte postulandi concedunt, alteri vero perfectam iniungunt obligationem ad praestandum. Mox lex, mox pactum, mox ultima voluntas eiusmodi obligationem, eiusmodi ius produciunt. Mox alter aliquid alteri praestitit hac lege, ut alter vicissim praestet, mox ex alio fundamento enascitur hocce ius, haecce obligatio. Prouti nunc alter alteri aliquid praestitit hac lege, quod alter reddat vel ipsam substantiam, vel valorem rei, ita uni perfecte postulandi ius alteri

A 2



alteri vero perfecta hinc proficiscitur obligatio ad praestandum, vel ipsam substantiam, vel valorem rei hac lege datae. Praestationes in reddendo valore rei consistentes, intuitu eius, cui ex datione ius perfecte postulandi, *credium*, intuitu illius autem, cui perfecta hinc nascitur obligatio ad praestandum huncce valorem, *debitum*, audiunt. Personae sicce contrahentes inter se *Creditoris* et *Debitoris* nomine veniunt. Ipse autem valor qui est reddendus, prouti vel ualor ipsius substantiae, vel usus rei, et quidem aut fungibilis, aut non fungibilis est, ita mox *pretium*, mox *usura*, mox *merces* distinctim nominatur.

§. II.

Debitum sibi fingere, cuius expletio non requiritur; ipsis verbis repugnaret, et contradictorium esset. Requiritur potius expletio in totum ex ipso universali conceptu pacti vel contractus eiusmodi. Dantur autem casus in quibus totalis expletio fieri nequit, et volunt tunc leges universales iam, in tantum, in quantum fieri possit, quod expletio fiat. Cessans eiusmodi expletio, licet quoque in tantum adhuc fieri possit, *statum insolventiae* inducit, et status insolventiae, quando intuitu omnium debitorum, ad quorum complexum praestandum quis obligatur, aut publice declaretur, aut ex iustis et legitimis praesumptionibus publice deducitur, *fallimentis* nomine, ein *Fallissement*, adpellamus. a) Publica autem declaratio seu deductio praesumptionis dicitur, quae fit per denuntiationem superiori relatam, et sive

ab
 a) N. F. D. der Stadt Hamburg, d. a. 1753. Art. 1.



ab ipso debitore facta sit, sive a Creditoribus, perinde manet.

§. III.

Intuitu autem huius Fallimenti seu publicae declarationis status debitoris, vi cuius omnia sua praestanda et debita vel plane non, vel non nisi in tantum expleri possunt, quod aliae ratione ipsius Debitoris, aliae ratione quantitatis praestandorum, et demum aliae ratione causae, ex qua enascitur miser ille status, variae iterum admittendae maneant subdivisiones, distinctiones, variaeque denominationes, utique adferere mihi licet, si cuti mox dicenda ulterius probabunt.

§. IV.

Fallitus, is, in cuius persona fallimentum existit, tempore fallimenti existentis vel praesens est in loco domicilii, vel absens. Absens, aut quia est defunctus, aut quia arripuit fugam. Ratione Debitoris, sive Falliti, hinc fallimentum aliud praesente Fallito, aliud absente fugitivo, et denique aliud mortuo fallito existit.

§. V.

Quantitas a fallito praestandorum vel maioris, vel levioris est momenti, ex legibus specialibus, consuetudine, moribusque eius provinciae, in qua haec distinctio usum habet, determinanda. Ratione quantitatis praestandorum itaque, fallimentum aliud est maius, aliud minus.

Sicce iure noviss. patrio quantitas praestandorum vel excedit 4000 marcas Lubecenses, vel non; priori casu maius, posteriori minus audit fallimentum, b)

A 3

§. VI.

b) R. S. O. art. 109, §. 2.





Posito fallimento, ponitur insolventia in tantum, vel in totum. Ratio s, causa adesse debet, quae eiusmodi insolventiam procuravit. Prouti nunc vel in potestate falliti fuit situm hancce ad impediendam, praecavendam, imo et avertendam, vel non, ita fallimenti existentia mox fallito, mox casui est tribuenda. Fallimentum hinc vel *casuale*, vel *non casuale* sive *imputativum* audit. Ipseque fallitus, in cuius persona existit fallimentum, vel *casualis*, *unglücklich* c), vel *non*, dicitur. Fallimentum imputativum, cuius existentia ex defectu a rectitudine actionis vincibili falliti dependet, prouti vel quoad voluntatem et noluntatem, vel quoad intellectum, defectus hicce vincibilis sese exserit, ita fallimentum vel *dolosum* vel *culposum* adesse dicimus. Ipse autem fallitus vel *dolosus*, *vorzüglich*, *boßhaftig*, d) vel *culposus*, *leichtsin- nig*, e) audit. Varias dantur species doli, ita fallito *dolo* imputatur, mox *dolus* ex ipsa intentione commissus, qui dicitur *ex proposito*, v. c. sese ditandi causa fallimentum excitare; in fraudem Creditorum magnam portionem pecuniae in commune cum extraneis conferre; crimina falsi committere; paulo ante fallimentum nummos mercesque ab aliis mutuare, amovendi a loco, seseque ditandi causa, vel denique quibusdam creditoribus satisfaciendi ergo; in ipsa massa bonorum constituenda fugam arripere et periurum fieri, vel ideo surripere aliquid; libros mercatoriales doli causa in ordinem non redegisse f);

c) N. F. O. art. 106.

d) c. l. art. 102.

e) c. l. art. 104.



f); mox *dolus*, non quidem ex intentione, sed adprobatione subsequenti tamen, commissus, qui *ex re* audit v. c. voluptuosa vita, ludi, etc. g); mox *dolus* simulate commissus, qui *non manifestus* audit, v. c. paulo ante fallimentum, nimium splendorem, Creditores fallendi ergo, adhibere h); mox denique *dolus* non simulate commissus, qui *manifestus* audit, v. c. surreptis quibusdam bonis fugam arripere. Sicce quoque variae dantur species culpa, et hinc fallito culposo mox *incuria*, v. c. ex negligentia mercatorios libros in ordinem non redegisse ultra biennium i); mox *praecipitantia in agendo*, v. c. affecuratione neglecta summas, quae excedunt opes suas, per mare mittere etc. k); mox *imprudencia* v. c. angustia licet perspecta nihilo tamen minus decoctionem non intermittere l), imputatur.

Varias distinctiones doli, ac definitiones earum a me adlegatae in §. ut et varia fundamenta culpa, exponit *Nettelbladt* in Syft. elem. Jurispr. natur. univ. Tom. 1. §. 38. et 40. ex quo Auctore haec omnia ad eo magis explicandam Ordinationem patriam cit. hic reperere eo magis necessarium duxi, quia ipse art. 103. D. N. S. S. O gradus poenarum ex ipso vario fundamento mox maioris, mox minoris imputationis determinandos constituit, sicuti infra pluribus adhuc exponendum erit.

§. VII.

In tantum, in quantum fieri potest, debita expleas; solvas: in statu insolventiae, in quo totalis expletio cesset

f) c. l. art. 64. §. 3. art. 102. n. 1. 2. 3. 6. 7. 8.

g) c. l. art. 102. n. 4.

h) c. l. art. 102. n. 5.

i) c. l. art. 104. n. 3.

k) c. l. et a. n. 1. 2.

l) c. l. et art. n. 4. §.





cesset, est vox iam iuris universalis, ergo multo magis positivi, (§. II.) Expletio eiusmodi fieri non potest in fallimento, nisi per distributionem bonorum Debitoris restantium inter creditores, Quo citius ergo, quo faciliiori modo distributio haecce promovetur, eo melius faciliusque lex finem suum primarium, salutem scilicet publicam obtinet. Remedia hinc, sine quibus distributio bonorum Debitoris restantium inter Creditores fieri nequit, ita debent esse comparata, ut omnes inutiles ambages, ad finem obtinendum non necessariae, praescindantur in quantum unquam fieri potest. Hicce mihi dicitur modus absolvendi fallimentum, a quo processum ipsum Concursum Creditorum separamus, quia et absque eo absolutio fieri potest. Differentia quaedam intercedit inter modum absolvendi fallimentum vivo Debitore, et mortuo illo. Prius ergo speciatim observanda in fallimentis, mortuo fallito, evolvemus, postea vivo fallito fallimentum absolvendi modum perscrutabimur.

§. IIX.

Debitor vel vivus vel mortuus est (§. IV.). Ponamus quod sit defunctus, et hereditas eius ad heredes transit. Ut ne heredes plura onera, quam commoda, in se suscipere teneantur, introductum est beneficium inventarii, quod iure communi m) et antiqua fallit, ordinat patria n) unum mensem a tempore quo petunt Creditores declarationem; ex ordinat noviss, Hamb. o) autem

m) arg. l. 22. §. 2. C. de iure delib.

n) art. 2.

o) art. 39.



autem sex hebdomades, a tempore cognitae delatae hereditatis, vel confirmationis Tutorum computandas, absque discrimine an Creditores instent, vel, non, pro termino concedit, quibus antequam finitis declarare tenentur, num hereditatem adituri, vel simpliciter, vel cum beneficio inventarii, an illam repudiatu sint. Prolongatur autem iure patrio spatium deliberandi in hoc inventarii beneficio comprehensum in casu, quo heredes non praesumant quidem insufficientiam bonorum, maioris tamen securitatis causa inventarium inchoant, olim, intra unum mensem a die certioratae mortis, hereditatisque in illos devolutae, vel quo tutores sint a superioribus confirmati p); hodie intra sex menses ab eodem dato q); et perficiunt intra bimestre sequens, nisi petitione viduae, heredumque, ex causae cognitione superiorum, denunciationeque Creditoribus coram commissione convocatis facta, prolongetur et hocce spatium. Et quidem conficiendum manet inventarium per Notarium in praesentia duorum testium omni exceptione maiorum, sive loco illorum alterius Notarii, Effectus huius prolongationis est, quod rite ac legitime confecto inventario demum declarare teneantur, num simpliciter, an cum beneficio inventarii adituri, an repudiatu sint hereditatem, modo quam primum suspicio sufficiens de insolventia sese exferat, statim denunciatio superioribus r). Adeant itaque, ponamus, heredes simpliciter hereditatem, et simpliciter quoque tenentur facta defuncti praestare. Adeant sub beneficio

B
inven-

p) N. F. D. art. 2.

q) N. F. D. art. 43.

r) N. F. D. art. 2, N. F. D. art. 42.





inventarii intra legitimum tempus, et obsignatio, moribus necessaria s), in patria non fit, nisi ex causae cognitione superiorum t). Pro dolose subtractis, celatis, loco dupli v), heredes amittunt beneficium inventarii, et simpliciter Creditoribus tenentur x), imo sub poena carceris. Quod idem et obtinet, si tempus ad inventuram, aut declarationem determinatum negligant, aut statum insolventiae detectum statim non denuntiant. Omnes, quorum interest, vel eorum deputati, inventationi adesse possunt y); loco citationis iudicialis autem, nec non trium testium z), olim praesentia Dnor. Decimationi qui praesunt, cum consensu superiorum a), hodie vero admissio Officialis Decimationum, zehn Pfennings Knecht, ex deputatione tamen experia, s. potius praevio mandato eius Dnorum sufficit b). Non ultra vires hereditatis, rite ac legitime confecto inventario, tenentur heredes, modo insufficientem esse hereditatem, dum intelligant, statim superioribus denuntiant, ut convocentur Creditores coram Commissione, ubi tunc maiora vota, non secundum numerum personarum, sed potius quantitatem summarum concludant, num hereditas heredibus sit relinquenda, sine aut cum cautione, an Curatores bonorum eligendi sint. Negligentia Viduae, heredumque cuius Creditori ius dat convo-

s) Böhrer. Digest. L. 28. T. 8. §. 7.

t) A. F. D. art. 2. N. F. D. art. 40. §. 1.

v) l. fin. §. 10. C. de iure delib.

x) A. F. D. art. 2. N. F. D. art. 44.

y) N. F. D. art. 41.

z) l. 22. §. 2. C. de iure delib. Stat. Hamb. P. III. T. VII, art. 4.

a) A. F. D. art. 2.

b) N. F. D. art. 40. §. 2.



convocationem hancce petendi c). Impensae funebres non necessariae, solutiones non separandorum, quamprimum insolventiam forsitan esse praesumant heredes, amissionem beneficii inventarii pariunt. E contra, dum non praesumisse insufficientiam bonorum, si petitur, iuramento heredes corroborant, solutio debitorum, ob favorem fidei promptam desiderantium expletionem, non nocet d). Petitione Creditorum, bona, Deputatorum iam, aut deputandorum adhuc eum in finem consilio, consensuque administranda, et vendenda, pretiumque exinde redactum usque ad eventum in Camera deponendum manet. e) Repudient demum, ponamus, heredes, et petitione unius quoque Creditorum iuramentum manifestationis ab heredibus praestandum est, quo facto liberantur in totum, licet Vidua principaliter pro marito intercessisset, selbst Schuldnerin geworden. f)

§. I X.

Existente fallimento securitas bonorum restantium ante omnia est curanda, ut ne residuum, quod insufficientens quoad totam expletionem iamiam in se est, aut ad minimum praesumitur, plures adhuc experiatur diminutiones. Arrestum reale est ordinarium remedium, quo huic suspicioni obviamitur, quod, prouti sese extendit vel ad omnia bona, vel ad quaedam tantum, mox universale, mox particulare audit. Imponitur hocce, modo

B 2

modo

c) N. S. D. art. 42. §. 1. 2.

d) N. S. D. art. 45. §. 1. 2.

e) N. S. D. art. 41. §. 2.

f) N. S. D. art. 39.



modo ex officio v. c. si Debitor insolventiam suam superioribus denuntiat; modo ad instantiam Creditorum, vel unius quoque a), vel plurium, modo petentibus Curatoribus bonorum b). Iudicium vel concurrit in absolute fallimenti, et quidem vel quoad totam absoluteionem, prouti iure communi et antiquo patrio c), vel quoad certos actus iuridicos solum, prouti iure noviss. patrio, in casu, quo totum fallimentum extrajudicialiter absolvi non potest d); vel absque concursu iudicii totum absolvitur fallimentum e). Enascuntur hinc inde distinctiones fallimenti absoluteionis in iudicialem, extrajudicialem, et mixtam. Iure antiquo patrio, quo absoluteio iudicialis locum habebat f), et iure noviss. si mixta est abhibenda g) mandatum arrestatorium petendi Curatoribus bon. incumbit necessitas a Consule dicente.

§. X.

Is, sub cuius auctoritate, sive directione, fallimentum absolvitur, mox est iudex ipse, mox delegatae personae, sive Commissarii, mox concurrunt inter se. Iure Communi,* et antiquo patrio, iudex ipse est; iure noviss. patrio autem, ut evitentur ambages iudiciales. in fallimentis levioribus aut a senatu, vel a Dnis Consulibus et praetoribus, prouti causa vel in iudicio superiori, vel inferiori pendet,

- a) N. S. D. art. 2. N. art. 2.
 b) N. S. D. art. 11, j. art. 109. §. 7.
 c) N. S. D. art. 2.
 d) cit. art. 11.
 e) praef. Nov. fallit. Ordin. §. 3.
 f) N. S. D. art. 2.
 g) N. S. D. art. 11.



pendet, extrajudicialiter licet ventiletur, ex officio unus Procuratorum iudicii inferioris, adiuncto uno Creditorum, Curator bon. constituitur, qui redditis tamen, ad minimum praeterlapsis semper duobus mensibus, aut Consuli aut praetori rationibus, admisa eorum summa inspectione, integram absolutionem, quatenus extrajudicialiter fieri potest, qui dirigunt. a) In maioris momenti contra ea fallimentis, vel ad instantiam Debitoris, quando ipse insolventiam suam denantiat, vel Creditorum b), a toto senatu in corpore deputantur commissarii, quorum auctoritate, si fieri potest, totum absolvitur fallimentum extrajudicialiter, si non in totum fieri forsitan possit, actus distributioni praecedentes tamen, in quantum possibile sit, extrajudicialiter peraguntur. Iniungit propterea Ordinatio nostra novissima in fallimentis 4000 marcas Lubecenses excedentibus, Debitori, quando denuntiat ipse insolventiam, sicuti et Creditoribus post arresti universalis impositionem, in proximo, maxime in secundo die iuridico Commissionem hancce sibi expetendi necessitatem sub poena relaxandi arresti c) Decernitur Commissio statim d). Actuarius Commissionis huiusmodi perpetuus, est graduatus, qui, loco honorarii, pro quavis Commissione sex marcas, et pro Extractu unam marcarn accipit e). Iuramentum, quod in suscipiendo Actuarii officio praestare tenetur, Ordinationi nostrae est

B 3 annexum

a) N. F. D. art. 109. S. 2. 3.

b) N. F. D. art. 2.

c) N. F. D. cit. art. 2.

d) N. F. D. art. 2.

e) N. F. D. art. 3.



annexum. f) Effectus Commissionis constitutae sunt, quod I) omnes privatae convocationes Creditorum cessent, quippe quia solum coram Commissione convocandi sunt Creditores, nisi Curatores hon. ob periculum in mora, vel pro ratione massae privatim convocent Creditores. Debent autem tunc Curatores statim denuntiare Dnis Commissariis hocce, et in proximo conventu acta et conclusa ad Protocollum referre g); II) quod omnia arresta universalia tam, quam particularia, executionesque, imposita cessent, et imponenda non imponantur. Quem in finem Decretum Commissionis, sessione Patrum Patriae publica finita, statim in Cancellaria quadruplex scribitur, et per Bidellos ad domus Dn. Consulum et Praetorum fertur. Supplicans Commissionem, taxam Cancellariae pro decreto, et insinuatione illius solvit. Cuique interea Creditorum satis fundatam adleganti suspicionem de diminutione massae, vigiles quod mittantur usque ad Curatorum constitutionem a Dn. Praetoribus petere licet h).

* Licet enim forsitan Creditores et extrajudicialiter componere fallimentum cupiant, semel tamen facta denuntiatione publica, Iudici manet directio, praecipue quando contradictiones oriantur inter Creditores.

§. XI.

Bona Debitoris restantia, ut experiamur, quot, qualia et quanta sint illa, personae desiderantur, quibus eiusmodi expeditio iniungitur. Curatorum bonorum nomine

f) R. S. D. Adj. No. I.

g) R. S. D. art. 2.

h) R. S. D. art. 10.



mine veniunt. Denominantur hi Curatores bon. mox a Creditoribus, et quidem per maiora vota, iure communi per verba legis ad minimum a) secundum numerum personarum computanda. Vbi tamen patrium ius ad praescindendas controversias magis dilucide derminavit pluralitatem votorum ex summae quantitate computandam b), et ita quidem, ut et iure Communi, et antiquo patrio, in *iudicio*, iure autem patrio novissimo, coram *Commissione* relatio votorum fieri debeat. Mox ex officio, vel quia Creditores aut nolunt, aut inter se convenire nequeunt c), vel quia lex ita disponit, prouti iure patrio noviss. in fallimentis levioribus d) Denominantur a Iudice si iudicialiter causa iam peragitur; a delegatis personis autem, quales iure patrio sunt in fallimentis maioris momenti Commissarii e); in levioribus aut Consul, aut Praetor, aut Senatus, si coram eorum causa mota sit, extraiudicialiter. f) Denominantur vel ex Creditoribus quidam g), vel extranei h), prouti in fallim. levioris momenti Procurator Iudicii inferioris, cui adiungitur unus ex creditoribus scribendi et calculandi peritus i). Denominandi sunt habiles, qui sunt bonae fidei, famaeque, et quantum fieri potest, qui

in

a) l. 2. pr. D. de Curat. bon. dand.

b) N. F. O. art. 10. N. F. O. art. 4.

c) cit. art. 4.

d) art. 109. §. 2.

e) cit. a. 4.

f) cit. a. 109. §. 2.

g) cit. art. 4.

h) l. 2. §. 4. cit. tit.

i) art. 109. §. 2.



in bonis habent, *Wohhabende*, et Cives incolaeque sunt. Extranei non admittuntur. Mandatarii autem nec non litis Curatores, extraneorumque, in quos maior summa creditorum consentit, inviti, licet admittantur volentes, tamen non tenentur k). Confirmantur a superioribus. *Habilitas* personarum eligitur, mora per novas electiones absolutioni iniicitur, tenentur propterea iure patrio suscipere curam, denominati, nisi hodie intra octiduum legitimas excusationes, impedimenta que sufficienter probata, v. c. quod duas nondum finitas curas iamiam in se susceperint, adlegent, sub poena amissionis sui iuris, actuum et praestationum, quoad Debitoris personam et massam l). Absoluto Curatore bon. a suscipienda cura, reliquis incumbit, aequae ac si moritur, vel alio legitimo modo curae in posterum, praeesse impeditur, intra octiduum sub poena 15 thaleror commissionem petere ad eligendum novum; imo si deficit alter aut uterque Dn. Commissariorum, quam primum conventus necessarius est, alios Commissarios a superioribus sibi expectere m). Iure communi invitus non tenetur, n)

Pluralitas votorum iure patrio non ex numero personarum, sed ex quantitate crediti est diiudicanda, tam in constituendis Curatoribus, quam in aliis consultationibus. Maior summa crediti, maius ius ad massam involvit, maiora hinc inde vota quoque eam producere Patres Patriae pro aequo bonoque diiudicarunt. Constitutum propterea in novissima nostra Ordinatione est, quod qui creditur summam marcarum de Banco 100 usque ad 3000, unum

k) art. 8.

l) art. 6.

m) art. 7.

n) l. 2. §. 3. D. de Cur. bon. dand.



plures praesentent Rationarios, ad deponendum iuramentum praescriptum a) officii ergo, quod scil. absque mora negligentiaque fideliter omnia scripta, librosque mercatoriales in ordinem redigere, calculumque de debitis et creditis rite facere, nec non quicquid massae proficuum vel nocivum esse iudicant, statim aperire, rationemque reddere, quali in ordine scripturas deprehenderunt, tam Curatoribus bon., quam Dnis Commissariis per litteras velint, imo si exigatur, ipsi iudicio, Dnisque Praetoribus in scriptis. Praeterlapsa quarta hebdomade semper Curatoribus bon., denuntiare tenentur, in quantum sint progressi, quippe a quibus sunt saepe admonendi, quod officium suum absque mora negligentiaque peragant. Num scripta Rationariis domi ad perlustranda, in ordinemque redigenda, sint extradenda, an in domo falliti sub secreta obseratione retinenda, ab arbitrio Curatorum dependet, quibus quoque obfignationis iudicialis resignatio, decreto suo confirmatorio exhibito a praefecto iudicii denegari nequit. b) In fallimentis levioris momenti officium Rationarii, Creditori scribendi ac calculandi perito, qui Procuratori, officium Curatoris bon. obtinenti, adiungitur, incumbere videtur. c)

§. XIII.

Iuramentum manifestationis praestans, adfirmat, quod omnia singulaque fideliter traditurus, denuntiaturus sit, vel tradiderit, denuntiaveritque, negat vero, quod quidpiam minimi quoque momenti celaverit, subtraxerit,

a) N. F. D. Adj. No. 2,

b) N. F. D. art. 9. 13. 17. 108.

c) N. F. D. art. 109, §. 2.



traxerit, celaturus, subtracturus sit, aut per se, aut sciente volenteque se per alios a). Multum facit huiusmodi praestatio ad promovendam fallimenti absolutionem. Curatoribus bon. hinc iure patrio noviss. iniunctum, eo curam adhibendi, quod praesterur hocce coram Dnis Praetoribus, a fallito ipso, a Sociis illius, imo si illis videtur, ab uxore, liberis adultis in domo victuque Parentum qui adhuc sunt, a domesticis, Rationario falliti, mercenariis, aliisque qui de bonis falliti et praesertim de ablatiis notitiam habere praesumuntur, sub poena respective amissionis omnium beneficiorum pro casualibus introductis, arresti personalis domestici, carceris imo frigidissimi, mulctaeque, quae augetur usque ad praestationem iuramenti, nisi causa ex iudicio Superiorum adlegetur sufficiens, quare a iuramenti huius praestatione sint absolvendi. Commodum quoque in favorem falliti, sponte praestantis hocce iuramentum, est introductum, quod Salvus Conductus illi concedatur, pro debitis in loco domicilii tam, quam extra contractis, liberatioque ab omni personali arresto usque ad eventum fallimenti ei detur, nisi periurium, aliaque fiscali cognitione digna, amissionem Salvi Cond. pariant. b)

§. XIV.

Vt cura Curatorum bon. omni quod possibile, levamine fruatur, illis quoque permittitur iure noviss. patrio, Fallito ipsi, eiusque domesticis iniungere expedientum, quicquid ad citiorem fallimenti absolutionem promovendam illis videtur esse aptum proficuumque, inque antecedentibus articulis pluribus expositum, mo-

C 2

a) N. F. D. Adj. No. 3.

b) c. l. art. 9. 14. 15.



do sibi prospiciant, ne absque consensu maioris Creditorum partis, intuitu summarum crediti computandae, tam ratione quaestionis, an sit mittendus, quam quomodo fit instruendus, ad nundinas, locaque extranea postulandi debita ergo, aut ad ordinandas mercium posternas mittant a). Ad instantiam propterea quoque Curatorum, quoties necessarium, aut utile iudicant, Salvus Cond. fugitivo fallito per bimestre, trimestre spatium imo et ultra pro concurrentibus dignis rerum circumstantiis conceditur, addita citatione, cuius tamen neglectus contra contumacem litteras arrestatorias patentes, et poenam falliti dolosi producit. b)

§. XV.

Securitas bonorum Debitoris restantium in communem Creditorum utilitatem quovis modo promovenda, una cum cura administrationeque, Curatorum bon. artificio et determinationi liberae in regula committitur. Legitime hinc illis constitutis statim omnes executiones, arresta tam universalis, quam particularia, ut et caeteri processus, intuitu bonorum falliti, quovis ex capite in iudicio civitatis obvii, ipso iure sistuntur. Quem in finem et expedienda statim, atque absque omni mora in Cancellaria, Curatoria et Dnis Consulibus, et Praetoribus insinuantur. Ne autem forsitan in extraneis iudiciis per singulares ultteriores processus, eorum executiones atque arrestatoria, massa bon. in detrimentum corporis Creditorum damnum patiat, durante eo tempore, quod ad absolutionem fallimenti extraiudicalem in favorem Commerciorum destinatum, incumbit quoque

a) N. F. D. art. 36,

b) N. F. D. art. 16,



que Curatoribus necessitas urgendi, et cavendi quovis modo, aut interventione, aut impetratis legitime intercessionibus, ut cassatio eorum fiat. Immo ut eo melius haec Curatoribus iniuncta cautio procedat, statim cognito et publice denunciato statu insolventiae, sub poena refusionis omnium expensarum et damnorum, amissionis et actionum et iurium competentium, quid quod amittendi, absque spe redemptionis, iuris civitatis, in Statutis Hamb. part. I. tit. 12. art. 2 iam imposita, omnibus civibus interdicitur processuum aut arrestatoriorum in extraneis iudiciis impetratio, et propter periculum in mora forsitan iam impetratorum prompta ad instantiam Curatorum ultro petenda cassatio iniungitur. Et licet Creditoribus ante constitutionem Curatorum permittatur praevia consueta demonstratione necessitatis urgentis, et vigilum in bonis constitutionem, et arrestum tam universale quam particulare petere, statim tamen constitutis ac confirmatis publice curatoribus, horum arbitrio relinquitur, an cessationem an continuationem impetratorum admittere velint. Priorem etiam non audito impetrante Dni Praetores producto modo confirmatorio publico absque omni mora ad nudam Curatorum instantiam decernunt. Ultimo autem in casu exigunt Curatores ab impetrantibus extractum Protocolli eum in finem illis a Dnis Praetoribus communicatum, et recusato eo, documenta impetrationis ipso iure annullata tamen consentur, et impositum arrestum tanquam a Curatoribus communis massae nomine impetratum censetur, impetranti ipsi autem nullum plane ius amplius concedit. Sicuti et porro, quamdiu fallimentum extraiudicialiter absolvendi spes mansit, omnis ulterior directio



eius arbitrio Curatorum relinquitur, qui et necessitate urgente vigilēs a Praetoribus tamen iuramento antea obstringendos ad bona custodienda mittere possunt, nisi Creditores per maiora secundum quantitatem crediti computanda, aliud determinent. Quam primum autem iudiciales actus necessarios iudicant, universale arrestum a Praetore dicente impetrare debent, ut missio vigilum publicorum, et obsignatio fieri modo consueto possit a). Ne tamen in ipsa hac Curatorum bono, administratione, aut dolosis, aut culposis eorum administrationibus, creditores periculo exponantur, iure communi quidem omnes et singuli curatorum in solidum vinculantur b), et specialem quandam cautionem praestare tenentur. Sed iure nostro civitatensi, singuli pro sua solum administratione rationes reddunt, et ad evitandas lites de praestanda speciali cautione, loco eius, et iuramenti praestandi, tacita atque legalis generalis hypotheca a tempore confirmationis in bonis eorum Creditoribus competit c), sicuti nec id hodie observatur, quod iure communi et veteri patrio, exigitur, ut acturarius scilicet inventarium conficiat, ac secundum illud massam administrandam Curatoribus tradat, d)

§. XVI.

Constitutio massae bonorum, actus quo quantitas omnium omnino bonorum Debitoris restantium in unam colligitur summam, praesupponit, ut constet, quatenam in genere deprehendantur bona apud debitorem, quatenam, qualia

a) R. F. D. art. 10. 11. 12. 17. d, et. 18.

b) L. 3. D. de Curat. bon. dand. Böhm. Dig. h. t. §. 3.

c) R. F. D. art. 98 R. F. D. art. 5. d) R. F. D. art. 5.



qualia et quanta in specie Debitoris sint propria, sive Creditoribus omnibus singulisque communia. Hinc absque inventario, separatione bonorum et aestimatione non constituitur massa bonorum.

§. XVII.

Inventarium, adcurata et specifica designatio omnium omnino bonorum, quae apud debitorem deprehenduntur, Curatoribus bon. incumbit curare, quod absque mora conficiatur per Actuarium Iudicii, vel eo impedito per Procuratores iudicii inferioris immatriculatos Notarios, quot petuntur a Curatoribus, Actuarii tamen ipsius periculo, sub eius directione, et pro sua Taxa. a) In fallimentis levioribus Procurator ipse conficit Inventarium, qui loco Curatoris bon. est constitutus, si est Notarius, in praesentia duorum testium, si non est Notarius, per alium Notarium confici curare debet. b)

§. XVIII.

Separatio bonorum est actus, quo bona aliena, quae ad massam communem non pertinent, ab illa seiunguntur. Qualitas hinc bonorum apud debitorem deprehensorum est cognoscenda. Per plures dantur eiusmodi qualitates bonorum, quae separationem desiderant a massa communi, quasque vel ex natura acquisitionis, vel ex ipsa legis dispositione induere.

§. XIX.

Ex ipsa natura acquisitionis, sive quia sint aliena bona, a massa communi separanda veniunt commodata, pignora, deposita, a) omnia quorum substantiam non nisi

a) N. S. O. art. 17. n. b.

b) l. c. art. 109. §. 3.

a) l. c. art. 23. §. 3.



nisi ususfructus causa detinet fallitus, qualia sunt praeterim liberorum bona propria, sub quorum nomine quoque veniunt hereditates, a quarum Substantiae perceptione, imo quoad bona hereditaria parentes in favorem illorum liberorum pia mente sunt exheredati, vel quae a Parente in favorem liberorum, licet in fraudem Creditorum sunt renunciatae; omnes donationes a Parentibus liberis factae, nisi sint immodicae et in fraudem creditorum spectent; acquisita per urnam fortis, Lotterien, modo additamentum ex bonis propriis liberorum v. c. Spaartopf, esse factum proberur b). Omnia denique bona aliena, de quorum substantia fallitus non facultate gavissus est proprio pro arbitrio disponendi c). Clausula tamen in hisce separandis semper subintelligitur, quatenus in natura adhuc restant, et restitutis sumtibus a fallito in rem versis. Imo pro omnibus aliis debitis, quae vindicantes ita massae restituere tenentur, massam jus retentionis in rebus vindicandis exercet, d) Creditores e contrario quicquid manutinent a fallito, iure Communi licet hic aliter disponentes, aut ad minimum controverso iuri nostro Hamburgensi absque distinctione liquidi et illiquidi, ita tamen, ut in ultimo casu plenus effectus compensationis usque ad iustificationem suspendatur, compensare possunt cum suis debitis fallito s. massae praestandis e). Bona communia sive socialia debitis communibus detractis quoque sunt separanda si in ineunda societate omnia modo requisita legalia rite observata deprehendantur, et pars socii, ad instar alienorum bonorum vindicatur f). Sicce quoque vindicantur merces fallito

b) l. c. art. 29, n. 3. in f. art. 31 32.

c) l. c. art. 34.

d) l. c. art. 34. §. 2. e) cit. art. §. 3. 4. f) l. c. art. 64. 65.



commissarum vendendi vel transportandi causa, quae in
 natura adhuc restant apud Debitorem, restitutis impen-
 sis in rem versis, una cum uno Pro Cento loco provisio-
 nis. Quod attinet vero merces commissas iamiam ab ipso
 fallito in tertium translatas, pretio vero nondum soluto,
 distinguendum est, an fidem falliti secutus sit committens,
 ob verum fallitum del credere gestanden, vel non. Eo in
 casu plane separatio cessat, hoc vero, extractis a curatoribus
 rationibus, mediante cessione, committens pretium
 tale, loco rei substantiae, ex nova nostra ordinatione vin-
 dicat, modo 1. fallito, tempore Commissionis datae, mala
 fide iamiam laboranti non sint commissae, et 2) restitui-
 tis impensis una cum 2. pro Cento loco provisionis g).
 Mandatarius quoque vindicat merces iussu falliti trans-
 missas, nondum vero in actualem possessionem falliti
 traditas. In casu quo litterae recognitionis, vulgo Con-
 nossement, iamiam a fallito ipso in tertium translatae sunt,
 ordinatio nostra vult, quod in casu oppignorationis, man-
 datario liceat oppignorum instrumentum rehuere, et in
 casu venditionis, pretium quatenus nondum solutum vel
 compensatum, loco rei substantiae vindicare. Sub clau-
 sula tamen restituendarum impensarum, vel partis pretii a
 fallito iamiam illi solutae, imo et solutis omnibus aliis de-
 bitis, cuiuscumque sint generis, liquidis, et loco illiquidorum
 cautione sufficiente data h). Hereditates denique a
 fallito, aditae, nondum solutis testatoris debitis, vel ex
 testamento praestandis, si modo biennium non sit praeter
 lapsum. Distinguit tamen ordinatio nostra inter legata
 et alia debita praestanda. Quod attinet ad legata, illa
 sunt vel species, et haec vindicantur, quatenus in natura
 restant;

g) N. S. D. art. 26.

h) l. c. art. 25.





restant; vel sunt genera legata. Haecce non vindican-
tur, nisi, a) biennio a tempore scientiae, quod legatum sit,
vel a die quo fallitus ipsam possessionem acquisivit, nondum
praeterlapso, vel saltem intra hocce biennium iudicialiter
sint postulata; b) novationeque non facta. Quicquid va-
let de legato genere, id et de aliis debitis ex eiusmodi heredi-
tate praestandis i). Lites de hisce separandis, a Dominis
Consulibus, Praetoribus; imo a toto senatu extraiudiciali-
ter deciduntur, nisi partes contradicant, vel senatus aliud
vult k).

Liceat mihi pro demonstratione, quanta cura a Patribus Patriae
in rite determinandis legibus adhibita sit, Schema debito-
rum communium et privatorum in Societatibus mercato-
riis, vulgo Mascopeien, obvenientium hic denotare. De-
bita communia A, generaliter sumta, sunt 1) quae a So-
cio cum consensu reliquorum contracta; 2) quae absque
consensu reliquorum, sed sub firma solita, et quidem qua
absque speciali consensu reliquorum utendi ius habuit, con-
tracta sunt. 3) Quae absque consensu reliquorum, et qui-
dem vel sub firma solita, qua tamen absque consensu reli-
quorum utendi ius non habuit, vel non sub firma solita de-
bita sunt contracta, quorum versio tamen in commodum
Societatis probatur. B) Specialiter sumta debita sunt com-
munia, a) respectu novi Socii Societati iamiam erectae acce-
dentis, et quidem intuitu debitorum communium ante Su-
am accessionem contractorum, IV) quando accessio sua ex
propria novi Socii culpa non omnibus singulisque credito-
ribus prioris societatis pertrimestre ante suam accessionem
sit declarata publicataque; b) respectu socii renuntiantis so-
cietati debita sunt communia licet post renuntiationem sint
contracta, V) quando renuntiatio non omnibus singulisque
est declarata publicataque, et VI) si nomina vel firma solita
huc-

i) l. c. art. 67 et 68.

k) l. c. art. 23.

hucusque, non mutantur delenturque. Hisce speciebus opposita debita contracta mox *privata*, mox *respective communita* quod sint dicenda, satis ex dictis elucere, meo quali quali ex iudicio videtur. (a)

XX.

Bona ex natura acquisitionis, accedente licet quadam determinatione legali, quae separanda veniunt a communi massa, §. praec. adduximus. Sequuntur ergo, quae sola ex legali dispositione separanda sunt. Hucce ordinatio nostra refert ultimi morbi impensas medicinales, expensasque funebres intuitu ipsius tamen falliti tantum; onera publica, quoad ultimum biennium computato corrente; pretium conductorium quoad ultimum biennium, si modo illata sufficiant ad eius praestationem; mercedes domesticorum in totum, Rationarii, mercenariorumque autem tantum quoad ultimum biennium, corroboratis servitiis et quantitate mercedis, suam naturam non quoque mutantis, si petitur, iuramento; Hospitis salarium quoad annum; assicuratos nummos reluendi a Turcis captos causa, qui statim ante omnia alia sunt extradenda ad reluendos illos vel ad solutionem pretii reluatorii ab altero dati; usurae capitalium publice hypothecatorum, quatenus redditus immobilis hypothecae sufficiunt a); alimenta falliti, uxoris, liberorum, imo et domesticorum praesertim si massae constitutio horum praesentiam possit, usque ad eventum fallimenti b); emta a fallito 14 diebus ante fallimentum, nondum soluto pretio, sive quia creditum, sive promte solvendum, quatenus in

D 2

natura

a) N. F. D. art. 64. 65.

a) N. F. D. art. 22.

b) N. F. D. art. 35.



natura adhuc restant, aut in loco domicilii, aut alibi, sumtibus massae restituenda c); Pecuniam pro danda alia sorte datam, quatenus naturam nondum mutavit, et restat; imo et summas fallito ex folio tertii adscriptas in Banca, in quantum in Banca adhuc restet, modo non sint ultra octiduum ante fallimentum tradita, transcriptaque et in casu, quo pars huius vel illius tantum restat, pluribus concurrentibus divisio pro rata locum habet d); Cambiorum intra octiduum ante fallimentum emtorum pretium, quamprimum ad massam in natura sit collatum aut collatio futura probari possit, quorum valuta, non negligente Venditore in iudicialiter postulando, nondum est soluta e); illata demum uxoris, vel matris intuitu liberorum cum fallito progenitorum, in respectu ad debita ante matrimonium contracta, et quinquennio initi matrimonii non praeterlapso, tempore fallimenti publicati f), sublato antiquo iure, controversisque de illo prolatis g). Post fallimentum acquisita uxoris, imo et per urnam sortis, additamento ex bonis propriis post fallimentum acquisitis, facto probato, non nisi in casu mariti casualis, per cessionem bonis a suis debitis liberati, administrationi communione cedunt, sed propria uxoris permanent h). Et haec sunt, quae nova nostra ordinatio separanda a massa communi appellat. Iure communi prima classis in sententia prioritatis continet separanda quae §. praec. et hocce adduxi, licet restrictiones,

c) N. F. D. art. 24.

d) N. F. D. art. 27. n. 3. 4. 5.

e) N. F. D. art. 27. n. 1. etc.

f) N. F. D. art. 30.

g) Stat. Hamb. p. 2. Tit. 5. art. 10. et Tit. II. art. 13.

h) N. F. D. art. 28. 29.



ad certum tempus fatale, ex iure patrio datae, deficiant. Quoad dotem interea paraphernaliaque, quae iure patrio non distinguuntur, ipsam substantiam in natura restantem prima classis, alias vero secunda tantum classis completitur i).

§. XXI.

Aestimatio, adcurata atque specifica determinatio quantitatis pretii bonorum mox per taxationem, quae per artis peritos, pro qualitate rei taxandae imo speciatim iuratos fieri solet, praesertim in locis, in quibus adiudicatio locum invenit, vsu recepta (a); mox et plerumque autem per venditionem sive subhastationem publicam peragitur. Jure Communi et antiquo patrio hic actus, semel moto concursu sive fallimento non nisi iudicialiter fiunt et omnia singulaque subhastatione publica plus licitanti cedunt. Novissimo patrio vero iure mobilia inter et immobilia, imo et quae immobilibus accensentur distinctio adhibetur. Immobilia non nisi a personis iudicialibus impetrato regulariter iudicialiter consensu totius iudicii aut ad minimum in casu necessitatis, mandato praetoris, venduntur solemniter et iudiciali modo, ubi praeceditur, quod tribus diversis terminis subhastatio suscipitur. Exhibetur in terminis duobus pro certo pretio illud immobile emtoribus, nemine vero existente in tertio seu ultimo termino, qui pro hocce vel maiori pretio emturus est, ad accelerandam absolutionem fallimenti statim pro minore pretio tale immobile exhibetur, usque dum sit venditum, 3

i) cf. Boeningks Practica practicata Cap. XXXVIII, n. IX.

a) Muller de Adiudicatione eiusque effectu et praeparator in Megapoli.



tum- Creditores hypothecarii pro quantitate suae hypothecae immobile hocce accepturi qui sunt, aliis, nisi maius offerretur pretium, praeferuntur. Declarationem eiusmodi dare perfecte sunt obligati hypothecarii qui in termino subhaftationis eum in finem aut sponte adfunt, aut a procuratore concursus coram consule aut praetore sub poena amittendi iuris praelationis, citantur. Ignoto atque absente creditore, eiusque mandatario, pro quantitate illius debiti, quod ei sub nexu hypothecario competit offertur emtoris, et nullo tunc emtore pro hoc pretio existente, mox pro quantitate subsequenter in ordine debiti offertur b). Merces vero, gemmata et pretiosa, nec non totae collectiones picturarum, immobilibus licet accenseantur, semper tamen in Patria extraiudicialiter vel per iuratos proxenetas, vulgo *Mäckler*, vel etiam per auctionarium ipsum quidem, neglectis tamen aliis Auctioni fervientibus ex arbitrio curatorum, venduntur. Mobilia autem quamprimum fallimenti absolutio *iudicialis* locum invenit, iudicialiter, si illa *extraiudicialis*, mobilia quoque extraiudicialiter venum exponuntur c).

§. XXII.

Administratio est actus quo bona alterius, et in casu fallimenti, falliti restantia non solum custodiuntur, sed quisquid in illorum commodum tendit, illisque proficuum esse videtur, adhibetur, laesio vero praecavetur vel avertitur in totum. Regulariter in casu fallimenti, vivo fallito, licet praesenti in loco domicilii, administratio bonorum restantium apud curatores bon. est. Potest autem

b) N. F. D. art. 19 et 79.

c) N. F. D. art. 19.



autem in iure patrio noviss. ipsi fallito administratio, sub initio fallimenti licet amissa, denuo a creditoribus concedi, modo fallitus non dolum commiserit, quo casu publica poena nihilotamen minus non mitigari posset; modo porro trinae quartae creditorum iuxta summae quantitatem computatorum consentiant a), hoc que per commissarios publica auctoritate ad dirigendam absolutionem fallimenti constitutos, aut per documentum a creditoribus propria manu subscriptum, senatui proponatur ut curatorum publice iam constitutorum dimissio fieri possit a). In fallimentis mortuo fallito, existentibus, heredes beneficiarii statim in momento, quo insufficientem hereditatem perspiciunt, hocce denunciare tenentur senatui, ut convocentur Creditores eorum Commissione ad concludendum, num administratio hereditatis heredibus beneficiariis porro relinquenda et quidem cum vel absque cautionis praestatione, an non sit. Cuiusmodi convocationem cuique Creditorum, heredibus forsitan negligentibus in denuntiando, petere licet. Alias heredes beneficiarii regulariter administrant, cum eorum quos deputant Creditores, consilio consensuque, et nummi quam primum accipiuntur, in Camera publica deponuntur b) Curatores bon. si administrant, omnia agere debent in favorem massae hinc quoque aliorum credita in favorem massae communis quidem, non vero in proprium commodum, sibi cedi efficere possunt, sub poena amissionis crediti, et ut concreditor nisi iuramento se purgare possit, id quod pro cessione solutum accepit, massae

a) N. S. D. art. 37.

b) N. S. D. art. 41. 42.

c) N. S. D. art. 20.



fae in commodum iterum resolvere debent. c) Separanda (cf. §. XIX. XX.) separant Curatores bon. et speciatim ex legis dispositione separanda, quae quoque privilegiata audiunt (§. XX.) ex nummis, qui ad massam perveniunt, quamprimum aliqui accipiuntur, solvantur, residuo nummorum vel sub nomine Creditorum falliti in Camera deposito, vel in Banca sub nomine suo ceu Curatorum bon. in separato folio translato sub poena gravissima d). In caeterum Curatores bon. de sua cura imo et Rationarii Creditoribus coram Commissione convocatis trimestri spacio elapso semper rationem reddant et proponant consulenda. Quicquid concludit maior summa crediti praesentium Creditorum imo unius saltem praesentia vel plane non attenta citatione omnibus absentibus Curator bon. solus determinat, pro concluso habetur communi e). Et haecce sufficiant de Bonis restantibus. Pergimur ad Credita, quorum sine liquidatione, perscrutatione iustificationis et collocatione non peragi potest distributio ipsa.

§. XXIII.

Convocatio Creditorum est actus, quo omnes singulique, quorum interesse concurret in fallimento, speciatim, creditores, ad certum determinatum tempus in certo determinato loco invitantur ad comparandum vel in persona vel per mandatarios mox ad communiter concludendum quid e re esse videatur, mox ad credita, praestationes, iuraque sua ad liquidandum, iustificandumque. Fit eiusmodi convocatio mox iudicialiter, mox extraiudiciali.

d) N. F. D. art. 17. et 22.

e) N. F. D. art. 21.



cialiter. Extrajudicialiter mox ab ipso Fallito privata auctoritate, mox ab illis quibus hocce est commissum. Sicce enim Iure Hamb. nov. sublatis atque prohibitis omnibus convocationibus privatis et ab ipso debitore forsitan, et a creditoribus inter se instituendis, coram Commissione convocantur Creditores vel in persona vel per mandatarios satis instructos apparere tam ad liquidanda iustificandaque credita sua, quam communiter ad consulendum, quid e re esse videatur in praesenti fallimento, et quidem quoad extraneos creditores per privatas litteras curator. bon. tempore compositionis, vulgo **des Accords**, repetendas extrajudicialiter, iudicialiter vero per publica proclamata edictalia a Curatoribus bonorum privatis litteris denuncianda absentibus a).

§. XXIV.

Credita, quam primum denuntiantur, annotanda sunt, ut perscrutari possit quot, qualia, et quanta sint praestanda. Fit eiusmodi annotatio mox iudicialiter, mox extrajudicialiter. Iure Communi et antiquo patrio semper iudicialiter ab Actuario iudiciali suscipitur: citationis edictalis termino praeterlapso et sententia praclusiva publicata excluduntur, qui sua non curarunt legitime. Iure Hamb. nov. autem ab Actuario Commissionis fallimentariae perpetuo extrajudicialiter peragitur a). Annotantur causa debendi, nomen creditoris, annus et dies, qualitas crediti et s. p.

E §. XXV.

a) N. S. D. art. 51, 52, et art. 11. ut et art. 2. n. 3.

a) N. S. D. art. 4.



§. XXV.

Perferuari debet contradictor, qui plerumque in persona curatoris bonorum deprehenditur, aut separato quodam procuratore concursus constituto, ad eius officium spectat, num obligationes cum veritate concordent an non. Si fallum sive coram commissione, sive in iudicio aliquod deprehenditur, scilicet quod ex proposito in commodum falliti summa crediti maior sit denuntiata vel creditum falso denuntietur, cum non adsit, vel ex proposito datum Obligationis sit reductum, ante datirt; poena supra (Sch. 2. ad §. XI.) allegata locum habet a).

§. XXVI.

Collocatio Creditorum est actus quo credita secundum ordinem a Lege adprobatum scribuntur eum in finem, quod praeferentiam prae aliis habentes, prius solutionem accipiant, et in quantum massa non sufficit, in tantum posteriorem locum obtinentibus vacuum relinquatur. Quenam nunc praeferentiam prae aliis habent, quanam non, ex cautione, qua quaedam mox maiori, mox minori sunt circumdata, quaedam vero plane non, est diiudicandum.

§. XXVII.

Credita alia esse hypothecaria, alia; Chirographaria; Hypothecaria vel simpliciter talia, vel pignoratitia; chirographaria vero vel simplicia, vel personaliter

a) R. S. D. art. 56. 57. §. 2.



privilegiata; hypothecaria simplicia porro vel generalia, vel specialia, et demum vel publica vel privata esse, veritates sunt nimis cognitae, deductaeque; superfluum hinc esset, satis nota, ulteriori deductione recouere, praesertim cum patrium ius nullibi contradicat.

§. XXVIII.

Horum autem creditorum classificatio ex ipsa nostra constitutione intuitu fallimentorum novissima fit secundum ius commune et tenorem Statutorum Hamburgensium: part. 2. tit. 5. Horum et hic superfluum apparebit adlegatio ordinis huius in classificandis creditoribus observandi, nec ad praesentem meum scopum haec doctrina spectat. Quia tamen novissima haec constitutio in respectu introductae praecipue perpetuae amicabile compositionis varia observanda, partim veteribus legibus derogantia, partim vacillantes communes opiniones determinantia, curatoribus praescripsit, haec dispositiones ex ipsis articulis, binis solum repetam.

§. XXIX.

i. Hypothecae publicae, nec non pignoratitiae, *in quantum* res pignoris nexui subiectae sufficiant, tam quoad pretium, quam quoad usuras usque ad diem ipsius solutionis, ante omnes Creditores expletionem accipiunt, aequae ac rem in natura vindicantes, neque curant amicabilem compositionem, neque Iudicis sententiam prioritatis, nisi ratione residui, vel aliorum creditorum



rum non ita privilegiorum a). 2. Aedificantes, reficientes domum, navem, fabricam, imo et qui materialia vel pecuniam ad machinas fabricarum praebent, iure praelationis in residuo pretii subhastatae domus, navis, fabricae, machinarum, publice hypothecatis solutis, gaudent, non tamen ultra biennium, nisi intra hocce biennium publice citatur debitor coram Consule vel Praetore quippe quo casu aliud a die citationis conceditur biennium b). 3. Quae supra separanda diximus, sub datis ibi limitibus, prae omnibus Creditoribus praefertuntur, nec curant compositionem vel iudiciale sententiam c). 4. Liberi et pupilli aequae ac alii Creditores compositionem adprobare tenentur necessariam generatim, vel respectively sumtam. Tacita hypotheca in bonis Parentis ad secunda vota euntis, et Tutorum, non ultra tamen maiorenitatem et quitationem extenditur d). 5. Ecclesiae, scholae, aliaque Corpora pia et Communia in bonis Administratorum et Praefectorum tacitam habent hypothecam a dato coeptae Administrationis, et quidem in Compositione tam, quam Prioritatis sententia e). 6. Hypothecae publicae ex hypothecis solutionem non accipientes ratione residui inter hypothecarios Creditores collocandae sunt, et quidem secundum diem vel inscriptionis, vel quo in fallitum, eiusve testatorem publice adsignatum est hocce im-

a) N. F. D. art. 60. 61. i. art. 22.

b) c. l. art. 70.

c) N. F. D. art. 60, §. I. i. art. 22. §. I.

d) c. l. art. 59.

e) c. l. art. 69.



immobile f). 7. Cambia hypothecaria a die hypothecae locum inter hypothecarios accipiunt g). 8. Cautiones ob immobilium possessionem remissae, quoad residuum pretii immobilis eiusmodi, cuius causa liberatio a cautione speciali facta, a die denuntiationis hypothecariis tacitis aequiparatur h). 9. Reditus publice hypothecarii non soluti ex hypotheca immobili, quoad biennium ultimum sive spatium anni praeteriti et currentis inter hypothecarios referuntur i). 10. Deponens ratione depositi eo incio invitoque mutati vel alienati praefertur omnibus, qui hypotheca expressa vel tacita non gaudent, in prioritatis sententia; in compositione vero in classẽ secundam collocatur. Committens ratione pretii, ex mercibus commissis, a fallito venditis, accepti ante fallimentum, eodem iure collocationis, quo deponens modo dictus, gaudet. Pecunia absque usuris credita quoque hocce iure classificationis gaudet. Quoad praeferentiam inter se vero statutum est, quod Committens Deponenti, et Deponens mutuanti praeferatur in Prioritatis Sententia; in compositione vero haecce praeferentia inter se tantum locum habet, si alii hypothecarii vel plane non, vel in pauciori numero adsunt k). 11. Non soluta in totum credita ratione residui inter chirographaria simplicia ponuntur l). 12. Usurae hypothecarum et pignorum ex hypotheca non solutae usque ad diem fallimenti publicati

E 3

f) c. l. art. 60. §. 2.

g) c. l. art. 63.

h) c. l. art. 72.

i) c. l. art. 61. §. 4. i. Statut. p. 2. Tit. 5. art. 12.

l) c. l. art. 22. 59. §. 2. art. 70. §. 3.



cati inter chirographaria collocantur credita. Post publicationem fallimenti usurae non solvuntur m). 13. Jus Retentionis massa exercet in rem vindicantibus quoad debita cuiuscumque generis sint. Quilibet qui de bonis falliti aliquid, iusto tamen titulo, manuset; nec non omnes opifices, artificesque ratione eius, in quod falliti nomine opificium artemque exercent, et quidem si falliti proprium, intuitu omnium creditorum, si vero alienum, intuitu pretii pro labore, et expensarum in hasce res versarum, ius retentionis habent n). 14. Compensatio liquidi cum illiquidi locum habet o). 15. Sumtus denique in fallimenti absolutionem impensi ex massa, siue per prioritatis sententiam, siue per compositionem, accipienti ex massa detrahuntur p).

§. XXX.

Massa bonorum constituta, classificationeque Creditorum legitime facta, ex collatione massae cum summa crediti semper fere adparet, quod massa non sufficiat in totum, sed modo in tantum; quaestio hinc oritur, num distributio ipsa massae inter Creditores ita sit peragenda ut priores Creditores suum in totum secundum suam praesentiam accipiant, in quantum massa sufficiat, posteriores vero vacuum habeant; an ita, ut per conventionem quisque suum cum aliqua detractioe assequatur.

m) c. l. art. 61. §. 1. 2.

n) c. l. art. 34. i. art. 70. §. 4.

o) c. l. art. 34. §. 4.

p) c. l. art. 95.





quatur. Priorem modum distribuendi per *Prioritatis Sententiam*, posteriorem vero per amicabilem compositionem, vulgo einc accord, fieri dicimus. Sententia prioritatis non nisi a Judice fertur et subsidiarius modus manet a) Amicabilis compositio vero, vulgo *ein Accord*, mox a voluntate Creditorum, tam ratione quaesttionis an, quam quomodo velint componere, mox autem a Legis dispositione dependet; hinc vel *voluntaria* vel *necessaria*. Et prouti Lex vel alterutram quaesttionem scil. vel an? vel quomodo? voluntati Creditorum relinquit, vel utramque determinat, ita mox *necessaria*, mox *mixta* dici potest compositio fallimenti.

§. XXXI.

Compositionis necessariae novissima nostra Fallimentorum Ordinatio exhibet dispositionem, Saluti Republicae maxime proficuum, omnibusque provinciis quod instar exempli sit, dignissimam. Vult lex adlegata sc. quod curatores bon. semestri elapso a tempore Constitutionis suae a) Creditores coram Commissione convocent, proponentes illis normam compositionis ex collatione massae cum quantitate debitorum ita ordinatam, ut, Creditoribus rite ac legitime collocatis et quidem secundum datum Obligationis, Hypothecaria credita per aequalem divisionem in duas partes distincta constituent duas classes; chirographaria vero tertiam efficiant

a) N. F. D. art. 18. inf.

a) N. F. D. art. 46.





efficiant classem b). Proportio 2. 3. 4. observatur. ita ut si prima classis 4 pro C. tunc secunda 3 p. c. tertia 2. p. c. accipiat. Et hinc compositio necessaria adest, et quidem vel in *genere*, si prima classis 40. Procento; *secunda* vero 30. P. C. et *tertia* denique 20. P. C. accipere possunt, licet non statim, si modo intra annum, quod lege disponente perinde manet, in *specie* vero, si tres quadrantes Creditorum iuxta summas crediti computatorum in compositionem a curatoribus propositam consentiunt, etsi non 40. 30. et 20. P. C. accipere possint, et reliqua quadrans pars quod consentiat, cogitur c). Necessaria compositio generatim sumta in Scriptis non redigitur, sed Protocollum loco specialis scripturae est; respective vero tantum necessaria, quae alias mere voluntaria est imo si ab ipso fallito, observata tamen norma in ordinatione praescripta, compositio efficitur, in scriptis speciatim redigitur d). In voluntariis compositionibus norma conventionis a Curatoribus proposita absentibus, non obstante facta convocatione Creditoribus per Notarium domi insinuatur, cum instantia, quod liquidatio iustificatque, et responsio coram Commissione referatur. Mandatarii spatium aliquod sibi expetere possunt ad instructiones quaerendas ab ipso principali; Terminato elapso, aequae ac alii tacentes et occultantes pro consentientibus in compositionem censentur d).

b) N. F. D. art. 49.

c) N. F. D. art. 50.

d) N. F. D. art. 53-54.



§. XXXII.

Distributio tandem bonorum restantium fit quoque vel extrajudicialiter, vel judicialiter. Qua separanda a massa ex natura acquisitionis, quisque suum, quatenus in natura restat, accipit. Ex legis dispositione separanda solvuntur, quam primum nummi edfiant. Hypothecaria publica ^{cr} ^{gr} nec non pignora in distributione ante omnia, quantum hypothecae vel pignora, tam quoad ipsum pretium, quam quoad usuras usque ad momentum distributionis debitas, sufficiunt, exsolvuntur. Quilibet ceterorum suum secundum ordinem a lege praescriptum vel ex prioritatis sententia vel ex compositionis norma accipit, nec impedit, quamquam quis adsit, qui de suo litigatur adhuc. Summa quam praetendit, locus quo collocari vult, potius illi sub clausula rebus sic stantibus, conceditur, et sub custodia publica deponitur, usque ad eventum litis.

§. XXXIII.

Sicce tandem iniungitur curatoribus intra quatuor hebdomades post Compositionem, vel prioritatis sententiam, ad creditores ipsos, extraneorumque, vel absentium mandatarios coram commissione convocandos, illisque rationem reddendam de administratione. Fertur administrationis redditio ad acta, etquisitione a Dnis. Commissariis corroborata, a Senatus Corpore dimittuntur Curatores bon., nisi ex pluralitate Creditorum inuitu quantitarum crediti, ad expedienda quaedam restantia, curae spatium prolongetur a). Honorarium curatorum bon. ab hypothecariis et chirographariis in detractioe 2 Pro C. a rem vindicantibus; vero 1 P. C. consistit. In casu quo fallito ipsi, vel eius heredibus administratio redditur ex aequitate compensatur cura, si vero plane recusatur honorarium, coactio a senatu locum habet b).

F

§. XXXIV.

a) N. S. D. art. 97.

b) c. l. art. 99, 100.



§. XXXIV.

Fallitus vel praesens, vel absens, et quidem vel defunctus, vel fugitivus est (§. IV.) Fugam arripens necesse est, quod praesens reddatur, tam ad rationes de fallimenti existentia reddendas, quam ad demonstrandum, quae probari ab illo optime possunt, imo et pro re nata ad poenam pro merita sustinendam. Citatur hinc inde fugitivus, conceditur illi salvus conductus vel ad eius propriam, vel curatoris quoque bonorum instantiam et eo quovis modo impetrato usque ad eventum fallimenti arresta personalia locum non inveniunt, modo iure Hamb. noviss. iuramentum manifestationis deponere non retractet, nec periurium vel alia fiscalia crimina commisisse agnoscitur. Hoc spernens autem beneficium, litteris arrestatoriis acutissime perquiritur, per edictales citatur, in gazetis describitur fugitivus, pro fallito doloso tunc acceptus in contumaciam, agnomine cognomineque, nomen suum ceu falliti dolosi in mercatorum publico conventu, vulgo Börse, in ligno nigro eiusmodi personis destinato litteris maioribus denotatur, et publicatur, et ita porro contra eum in foro criminali iuxta leges agitur a).

§. XXXV.

Fallitus est vel dolosus, vel culpokus, vel castalis (§. VI.) Imputandus sit dolus, an imputanda sit culpa fallito, poenam tamen hinc inde pro qualitate imputationis incurrite Doloso destinatae sunt poenae pro qualitate doli, carcer, opera durissima, perpetua incarcerationio, aliaeque poenae infamantes. Incarcerantur hinc inde qui intra moenia civitatis, vel intra districtum deprehenduntur, et contra eos aequae ac contra alios criminosos inquisitio locum invenit, et per fiscalem in foro criminali agitur. Edictaliter autem citantur fugitivi dolosi falliti, litterae arrestatoriales eos persequuntur, describuntur in novellis, et proceditur modo in

(§. 34.)

a) N. S. D. art. 16.



(S. 34.) iam determinato quibus adhuc addendum, quod sententia in contumaciam lata, campana infamis sonetur a).

§. XXXVI

Culpaem autem pro qualitate eius destinatae sunt poenae sequentes. Indigni sunt muneribus publicis honorabilioribus, officiis publicis, quae emere quoque prohibentur. Proxenetae publici quoque non nisi praevia speciali dispensatione fieri possunt. Ipsi falliti, uxores, liberi in victu parentum adhuc existentes, gemmates, et fericas vestes habere haut debent, sub poena, quod creditorum petitione in illorum commodum, per officiales iudicii, in publica platea illis priventur. Creditores nunc in fallimento culposo vel accipere possunt 80, 60, et 40. Pro Cento. Non. Si illud, falliti culposi liberantur quidem ab ulteriori sollicitudine, nec tenentur ad iuratoriā cautionem praestandam, sed remittitur potius conscientiae suae, parciter vivendo Creditoribus reliquum iterum restitui laborare. Si hocce vero, poena carceris, *Wischer Baum*, sequitur ex officio et absque praevio processu iudiciali, non petentibus quoque creditoribus, nisi maior summa creditorum intercedit, fallitum culposum, si creditores non accipiunt 40, 30, et 20 Pro Cento, quoad unum annum; Si modo 32, 24, 16 P. C. accipiunt, quoad biennium; si autem minor summa tantum adest, quoad triennium vel quadriennium, et quidem acerbissima poena, *auf den schweren Scheißling*, Alimenta ex massa bonorum detrahuntur. Si creditores accipiunt 40, 30, 20, Pro Cento fallitus iuratoria cautione ad praestandum saltem 80, 60, et 40 P. C. dimittitur. Si prima classis hypothecariorum creditorum in totum solutionem; et secunda 75. P. C.; et tertia sive chirograph. 50. P. C. accipiunt, munera publica ambire fallito permittitur, alias non. Fallitus culposus secunda vel adeo tertia vice existens talis praeter poenam statutam eiicitur ex publico mercatorum conventu. (a)

§. XXXVII.

a) N. F. D. art. 103.

a) N. F. D. art. 105.



Sublevandus potius est, qui casu sua perdidit, quam condemnandus, Cessat hinc in omnis poena, quippe quae dolum et culpam tantum sequitur, in illo casuali. Levamina potius ipsae Leges introducunt. Cessio bonorum, actus quo quis oblati iurato omnibus suis bonis, excepto beneficio competentiae, ab omnibus suis debitis absolvitur, hinc casualibus conceditur fallitis, nec minus uxoribus, liberisque in vitio Parentum, nisi voluptuosam prodigiosumque vitae genus, negligentia domestica illis impurandum sit, quod fallimento causam dedit defuncti mariti Patrisque. Officia publica, proxenetae munus, titulo lucrativo vel oneroso concessa, illis pro habilitate prae aliis conceduntur. Creditores quoque illum ut sublevent persuadentur (a).


Finem hic impono Sectioni huic priori. Porro ut itaque restat, et me impedito, qui propter temporis penuriam ne quidem posteriores curas adferre valui restabit adhuc per aliquantulum tempus. *Penuria temporis*, verba nimis abusive saepius sumpta, a me tamen, testante Consulto: Domino praeside satis legitime et sufficienter adlegatur. Deo Volente mox sequetur. Excusabit porro acceleratio typographi pro currentibus circumstantiis, si non omnes, sed principales tantum differentias forsitan adlegatas quis vidit. Vale B. L. Tuoque singulari favori me commendatum habeas, rogo.


a) N. S. O. art. 107.

Rostock, Diss., 1755-58

X 228 4307







DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA^{3, 82.}
INSIGNES DIFFERENTIAS
NOVAE HAMBVRGENSIS
FALLIMENTORVM
ORDINATIONIS
DE ANNO 1753.¹⁵
AB ANTIQVA DE 1647. ET A IVRE COMMVNI
S I S T E N S .¹⁹

QVAE
AVXILIANTE DEO
EX CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN ALMA ROSTOCHIENSI
PRAESIDE
DN. HERMANNO BECKERO,
LL. DOCTORE ET INSTITVTION. PROF.
HODIE DECANO,
FAVTORE, PATRONO ET PRAECEPTORE
AD AETATEM VSQVE DEVENERANDO,
PRO GRADV
AD SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE ET LEGITIME OBTINENDOS
AD DIEM XXIV. NOV. MDCCLVII.
H. L. Q. C.
PVBLICAE DISQVISIONI EXPONITVR
A
IOANNE MENCKEN,
HAMBVRGENSI.
ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.¹⁵